

occupabatur, natu postremus ex Irmgardis filii Pipinus Aquitanus Rex cum proceribus conspirans, ingenitum manum militum armat, primoque impetu Aureliam occupat, Imperatorem patrem in suam redigit potestam, & Juditham novercam in Monasterio includit, & velum Monasticum suscipere cogit. Lotharius, ex Italia superveniens, qua gesta erant, approbat, seque totius ejus belli & coniurationis ducem exhibet. Ceterum anno sequenti Germanorum opera Ludovicus recipit Imperium. Sed a particidis filiis anno 833. instauratur rebellio: cui ut mederetur Gregorius Papa quartus, se honorarium pacis arbitrum interponens in Gallias concedit. Sed cum a preferobus conjuratis fratribus nihil moderatum impetrare valuerit, Romanis tristis re infecta repetit. Post cujus discessum, corrutissimi Antifites, insinuati prefertum Archiepiscoporum Ebbonis Rhenensis & Agobardi Lugdunensis, Compendium ejusdem anni mense Octobri convenierunt, multaque obtententes scelerum species, quorum nullum veritate nitebatur, sola excepta Bernardi ex fratre nepotis excusatione, propter quam Imperator publicam egredit pridem penitentiam, Ludovicum ad iteratam penitentiam, in flagitorum conceptis ex scripto verbis confessionem publicam adgeperit, atque ad cinguli militaris cum ensis & Imperialis amictus supra scutum altare depositionem: coram quo amictus est cilicio, & penitentium indumentis, atque in Monasterium ad omnem vitam detrusus.

10. Verum tanta rerum indignitate frementibus populis, Lotharius pudore suffusus, omnemque in Episcopos culpam refudens, in Italianum reverus est, incluso tamen & infalutato patre relicto. Pipinum tam & Ludovicum veniam petentes optimus pater complexus est, suamque recepit ex Monasterii clausis Juditham uxorem cum filio impubere Carolo: Imperio convenientibus proceribus & populis, magna omnium exultatione anno 834. omnia in templo resumpsit insignia. Annoque sequenti 835. ad Theodonis villam numerofa Episcoporum confuxit multitudine: eoque in Concilio proscripti damnataque sunt, quacunque in Ludovicum, praesertim vero Compendii acta decretaque fuerant. Ebbo Rhemensis hortantibus Collegis, se reum criminis palam confessus est, atque indignum Episcopatu, seque illo abdicavit. Quicunque etiam Compendii interfuerant, exaucitorum iuste fuisse optimum & religiosissimum Imperatorem sincere professi sunt, seque va ac metu adactos excusaverunt. Agobardus porro Lugdunensis, qui accusitus in Concilio venire neglexerat, damnationis sententiam acceptit. De ceteris, qui ad Italianum confugerant, nihil decretrum, quod scilicet vii essent ad Apostolicæ judicium Sedis convolasse.

11. Lotharius, qui pertinacius quam fratres in rebellione perficerat, post redditum in Italianum, pari ingratianis virtuo in tunnum quoque Pontificem Gregorium perduellis extitit, connixus eidem Romane urbis ceterumque ditionum, quas illustrium Majorum suorum pietas in Romanam Ecclesiam contulerat, subripere dominatus, eoque sine hostilibus armis Romanos dixerat; sed a Ludovico patre per nuncios acriter correptus invitus quevit. Sub idem tempus cum Normanni fines Regni hostiliter incurvarent, Ludovicus Pius in Pharsiam excursus illorum graftiones armis repressit, eorumque exercitus fudit. Annoque demum 840. prope Moguntiam diem obiit extremum: Ejus corpus frater eius Drogo, ex Carolo Magno & concubina progenitus, qui morienti astiterat, Metensem Episcopus, apud Mediomaticos magna pompa transtulit, atque in S. Arnulphi Basiliæ sepelivit.

12. Qui ad pacem cum Pio patre incedunt inuesti nequerat, bellum eo mortuo Lotharius in fratres pacem quoque insimis precibus deprecantes movit, quibus patre a patre indicata invidebat, integra ditionis avidus quam nactus fuerat vivens pater. Ludovicus itaque & Carolus in communis causa discrimine, belli adversus Lotharium societatem inueniunt, Pipinus vero, ejus Pipini filius, quem Ludovicus pater Aquitanus Regem creaverat, quique primus violentas manus in patrem Imperatorem & novercam Juditham injecerat, indigne ferens se per factam ab ayo partitionem paterno Regno excludi, Regnum quidem paternum factione Procerum & populorum, qui Pipino patri obsequenti fuerant, recuperavit. Sed Carolus ex secundis nuptiis nato infensissimus, omnem illi spem partem nascendi excindere moliebatur: ideoque suas omnes cum Lothario vires conjunxit. Itaque inter Lotharium & Pipinum ex una parte; atque ex opposita parte inter Ludovicum, dictum Germanicum, & Carolum, cui Calvo nomen inditum, atrocí prælio ad Fonteniacum vicum configurit; quo casu sunt hominum centum milia, victoria tamen penes Ludovicum & Carolum

16. Seculo isto, Flandria ex Francico Regno divisa in alium translatæ est Principem, hac de causa; Caroli Calvi filia Judith, quæ fuerat Etelredo Angliae Regi nupta, post ejus mortem in Gallias reversa, a Balduino Comite rapta est non invita, quamobrem Episcoporum sententia damnatus anathemate Balduinus ad Nicolaum Papam profectus est, ut hac poena levaretur, ejusque interventu Regi Carolo reconciliaretur; qui tandem eis precibus illi ab Rege veniam impetravit, adeo ut rite celebratis nuptiis anno 866. dotalem ab ipso Flandriam accepit.

17. Seculo desinente, magna rerum confusio in Francia Regno exorta est, quam aluerunt tum Regum ex Caroli Magni stirpe natorum degener foecordia, tum Normannorum assida bella & excusiones, quibus Gallia conficitabatur. Post Caroli Crassi demissionem Regnum invata Odo vitoriis & armis fretus, quibus Normannos Regnum populantes represerat, prætereaque infirma ad bellum gerendum Regnumque administrandum atque Caroli Calvi filio Regnum istud debebatur, in pupillari tamen adhuc atate constituto. Iste vero Odo, sive, ut alii vocant, Eudo Parisiensis Comes, ex Pipini Austrasia Principis & Francorum Praefecti profas illigita per Elpædem pellicem ortum ducet: Unde quoque insignis ille Carolus Martellus natu prior editus fuerat: ex qua etiam succedentibus temporibus oriundi fuere Hugo Magnus, alter Parisiensis Comes, ejusque filius Hugo Capetus tertius Regum progeniei caput. Odo post supremæ potestatis quinquennium, ea se ultra abdicavit; remisitque in manus Caroli jam per atatem rebus gerendis idonei, cui bona indoles & morum clementia, non autem animi stupor, Simplicis nomen insidi. Ite post aliquot antepos bellorum cum Normannis succelus, fœdus & amicitiam eum eis junxit, quorum Principem Rollonem una cum multis ex illa gente, opere præfertim usus Franconis Rothomagensis Episcopi, ad fidem Christianam sacramque baptismum pellexit, Gisla filiam in matrimonium Rolloni dedit una cum provincia dotali, quæ deinceps ab ea gente dicta est Normannia; sub fide tamen & clientela Regum Francie anno 912. Heribertus Viromanduorum Comes, homo sedis & perfidus, in Carolum Simplicem rebellis, illum incautum prætextu reconcilianda gratia captivum cepit, & Perona carcere inclusit, in quo detentus Rex mortem obiit. Auditio Regis infortunio Edgina conjugi in Angliam cum Ludovico filio (qui postea in regnum paternum revocatus, dictus eam ob rem fuit Transmarinus) ad fratrem Anglorum Regem Adelstanum confugit. Quo intervallo regnavit in Francia Rodulfus.

18. In Oriente Theophilus Iconomachus exæcis in Imperio annis duodecim, moriens Michaelis filio dicto Porphyrogenito sub matris Theodore religiosa eximiaque virtutis femina tutela reliquit Imperium. Hac nihil antiquius habuit, quam ut Imaginum sacrarum abolitum cultum instauraret, idque mira felicitate perfecit, dejecto Pseudo-patriarcha Joanne, suffectusque in illius sedem Methodius est Presbyter sanctior vita doctrinaque celeberrimus, fideique confessor eximius, quem Theophilus Imperator Iconoclasta crudeliter flagris cæsum tumultuque inclusus per annos aliquot modico pane & aqua sustentatum detinuerat, unde ille deum tamquam alter Jonas ex ventre ceti emerit ad populum conversionem. Concilium etiam Episcoporum utriusque partis Constantiopolis habitum est tam felicis successu, ut major Iconoclastarum pars, mutatis animis & sententiis, ad Ecclesiæ unitatem, secundaque Nicæna Synodi professionem redierit. Sub his etiam temporibus, Bogoris Bulgarorum Rex hortante forore, quæ bello capta Christianam fidem suscepit, cum suis populis Christianam amplexus est fidem. Post aliquot vero annos, rebus Ecclesiæ optime constitutis, in Monasterium divini æstuans amore fecit. Sed audiens filium successorem pessime Regnum curare, pristinamque resumere superstitionem, Regnum refumpit, filium excaecavit, & in vincula reduxit; atque translato in alterum natu minorem Regno, pristinam solitudinem repetit. Huic Theodora Augusta vires ad compescendos, qui rebellionem parabant, Bulgari suppeditaverat.

19. Anno felicissime administrationis hujus decimoquarto, Bardas homo impurissimus rerum ambiens præfecturam, cum esset Theodora nequitiam ipsius averantis frater, & Michaelis avunculus, auctor illi fuit Theodoram in ordinem redigendi, sibiique rerum omnium curam committendi, dum Princeps voluntatibus ad libitum indulgeret. Per id tempus vita functo Methodio, Ignatium Michaelis Europalata Imperatoris filium, qui post tyrannicam patris depositionem a Leone Armeno factam, genitalibus excisum, in Monasterium detulit fuerat, curavit Theodora Patriarcham Regiam Gabassii, Notitia Ecclesiastica.